

ruere. Et ex Lucâ apparet, resuscitationem juvenis Nainiticî, hoc miraculum antecessisse. cap: 7.

3. Petitione ipsâ: *Veni impone manũ.*

V S V S.

Exemplum humanæ imbecillitatis: Putat enim ad resuscitationem suæ filiolæ opus esse, ut manum imponeret Christus. Cum tamen absens, mille modis vitam ipsi reddere posset.

4. Considerentur mores Christi, de quibus Evangelista: *Surgens JESUS, sequebatur eum, &c.*

V S V S.

Discendum Christum benevolas aures precibus nostris præbere. Item: Calamum quassatum non confringere. Esai: 42

## DE SECVNDO.

*Et ecce Mulier:* Utitur particulâ attentionis Evâgelista, facitq; mentionem morbi, illumq; describit: 1. à magnitudine. 2. à diuturnitate. 3. Marcus etiã addit, morbũ fuisse incurabilem, dicens: *Fuerat multa perpeffa à plurimis Medicis, & erogaverat omnia sua, nec quicquam profecerat.* cap: 5.

V S V S.

Notandum omnia morborum genera, quemadmodum & mortem ipsam, teste Rom: 6.

V 4 Apo-